

claravit, omnes & singulos libros, ligatos & non ligatos, qui importabuntur in Regnum, ex aliis Regionibus extraneis, aut exportabuntur ex eodem per Bibliopolas dictæ Universitatis Luteianæ absque fraude exemptos ab omnibus datiiis, ratione ingressus, egressus impositionibus, & generaliter ab omnibus subsidiis, impositis omnibus aliis speciebus mercium.

V.

Quod Librariorum statum attinet, inter honoratiores ^{12.} cives ac digniores Mercatores meritò numerantur, quemadmodum etiam multis in locis ad dignitatem consularem ac Senatoriam, aliaque officia publica in Civitatibus admittuntur.

T A N T U M

De Bibliopolis.

D. S. G.

DISSERTATIO III.

DE

CHARTARIIS.

I.



Um Chartarii, vulgò Papierer, Papiermacher/ex ^{1.} linteolis usu contritis, & aquâ maceratis, chartam conficientes, Reipublicæ literariæ non parum inserviant, de his, quantum instituti nostri ratio admittit, paucis hîc agere, animus est.

II.

Cum verò de inventionione & usu papyri ante nos alii ^{2.} scripserint, ad eos Lectorem remittimus. Vid. Henr. Salmuth, *in notis ad Pancirollum, de rebus noviter repertis tit. 13. Car-*

dan.